Boles [illegible] divina clementia habendorum et acquirendorum summa centum
[illegible] et adiectis viginti florenorum polonicalium in moneta ... dicta
... in Regno pro nunc currentis obligavit [illegible] solitorum expe
... statuat obsecrat atque inscriptionem perpetualiter recognovit mediante

Inter Eosdem 5920 Advitalitas

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparentes Nobilis Bartholomeus
filius Simonis Bolesta ab una et Nobilis Zophia filia olim Nobilis
Andreae Mazowski eiusdem Bolesta consors legitima partibus ex alia
sani mente et corpore existentes palam et libere recognoverunt inter
se fecisse mutuam advitalitatem omnium et singulorum bonorum suorum
mobilium et immobilium atque summarum pecuniarum quovis modo ac
iuris titulo concernentium in haereditate Bolesti ac alibi ubicunque con
sistentium nunc habitorum et in posterum favente divina clementia
habendorum et acquirendorum utputa in areis hortis agris pratis cam
pis silvis borris mericis stagnis aquis aedificiis omnibus minu
tis et maioris servientis fructibus omnibus quam pecoribus pecudibus
[illegible] universis debitis [illegible] substantia et suppellectili domi
stica et generaliter omnibus utilitatibus attinentiis proventibus nullis
exceptis ad extrema vitae suae tempora possidebunt cum in modum
quod si prius memoratum Bartholomeum Bolesta quam praefatam
Mazowska coniugem eius mori contigerit extunc ipsa bona
eius omnia mobilia et immobilia quaecunque morte mariti sui inter
veniente derelicta fuerint cum omnibus attinentiis tenebit habebit
possidebit illisque ad extrema vitae suae tempora utifruetur simili
etiam modo si priori tempore ipsa Zophia Mazowska quam ma
ritus eius moderatus decesserit extunc ipse bona eius omnia mo
bilia et immobilia consortem suam quovis modo concernentia
iure advitalitio potietur. Post mortem vero alterius cuiuscunque
eorum bona ipsorum in successores suos devolvi debent absque omni
contradictione successorum utriusque partis.

Bolesty Demissio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Matias filius
Nobilis Gregorij Gorski in Bolestij haeres sanus mente et corpore
existens palam et libere recognovit quia Nobili Bartholomeo
filio Simonis Bolesta et Zophiae Mazowska coniugibus et ipsorum
successoribus obligationem suam terrae immobilis in bonis Bolesty
sitam sibi recognoscenti per Nobilem Simonem [illegible] paren
tem ipsius Bartholomei in summa duodecim florenorum polonicalium commu
nis [illegible] inscriptam cum omnimoda potestate eiusmodi
inscriptionis solvit ac pagata in toto [illegible] exactione et omnibus
[illegible] ac [illegible] nihil excipiendo demittit omneque eius
ius [illegible] in ipsos transfundendo [illegible] extunc illis bonorum [illegible]
possessionem [illegible] tradidit [illegible].